Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

Reflexio

urn:nbn:de:bsz:31-108631

Visual Library

Reflexio

Divisio conscientiæ in bonam et malam apud Scholasticos novissimo quidem penitus locō; imo sunt, qui eiusdem nullam prorsus mentionem faciant: at apud SS. PP. primum sibi vendicat locum, imo vix ullius conscientiæ meminerunt, quam bonæ aut malæ, illam ut extollerent, hanc ut deprimerent, illam ut implantarent hanc ut extirparent. Juvat eorum percipere verba, aut potius referre oracula.

S. Chrysostomus sic disserit de conscient. bona:
~~conscientia bona disserit~~
„ Nil bonâ conscientiâ suavius
„ et si vultis hoc discere, hinc
„ migraturum interrogemus, et
„ commonefacientes cuncta men=
„ sæ quæ quondā oblectabat,
„ et honoris et gloriæ, et bono=
„ rum operum, quæ unquam
„ fecit rogemus, in quibus
„ magis exultet: et in illis
„ quidem videbimus erubes=
centem, in his verò gestien=
„ tem: tunc maxime capies, et
„ sapies, verissimum illud sapi=
„ entis: Secura mens quasi ju=
„ ge convivium.

Concordat D. Augustinus de catheciz. rud. his verbis:
„ Tu qui veram requiem quaeris
„ etiam hic eam inter amarissi=
„ mas vita huius molestias Sua=
„ vem gustabis, si eius, qui eā
„ promisit, praecepta dilexeris.
„ citò enim sentiès, dulciores
„ fructus esse justitiae, quàm
„ iniquitatis, et veriùs ac ju=
„ cundiùs gaudebis de bona
„ conscientia inter molestias,
„ quā de mala inter delitias.

Suffragatur D. Gregorius
4 vers. 7 in psal. 6. † sic inquiens: „ Si=
„ cut in laboribus pressi in loc=
„ to quiescentes reficiuntur,
„ ita dum mundi huius adversi=
„ tatibus premimur in bona
„ conscientia interiùs delectu=
mur.

Non minus eleganter de ea disserit ~~Author~~ auctor libri de imitatione Christi: „ non est
„ vera libertas, ait ille l. 1.
„ c. 21 nec bona laetitia, nisi
„ in timore Dei cum bona cons=
cientia. Et l. 2. c. 4 sic
„ habet: „ Si est gaudium in mun=
„ do, hoc utiq; possidet puri cor=
„ dis homo. rursus eodem l. c. 6.
ita ait: „ gloria boni hominis
„ testimonium bona conscientia.
„ habe bonā conscientiam, et

„habebis semper Lætitiam.

Hæc inter alia de conscientia bona SS. PP. modò præstat etiam audire, quid pariter de mala senserint conscientia.

„Inter omnes tribulationes humanæ animæ, ait S. Augustinus in psal. 45 7, nulla est „major tribulatio, quàm conscientia delictorum, namq; si ibi „vulnus non sit, sanumq; sit „intus hominis, quod conscientia „vocatur, ubicunq; aliquid pas„sus fuerit tribulationis, illuc „confugiet, et ibi inveniet Deum. „Si autem ibi requies non est „propter abundantiam iniquitatis, „quoniam et ibi Deus non est quid „facturus est homo? quò fugiet, „cùm cœperit pati tribulationes?

„Scortator, adulter, „aut Fur, ait S. Chrysostomus Conc. 4. de Lazaro, „non „modò cum accusatur ipse, „verùm etiam cum audit „alios eadem ausos accusari, „ipse sibi videtur flagel„lis cædi: alius quidem voca„tur in ius, hic verò flagel„latur. Breviter quidem sed bellè profectò D. Bernardus l. 4. de cons. „Secat vivus,

7 vers. 1

inquit, "quocunq; fluit, ter-
" ram cavat, ita conscientia
" mala rodere occultè mente
" non cessat. ¶

¶ et libro de conscient.
Sic ait conscientia mala contristat animam eamq; Deo exhibet immundam angelis, et hominibus foedam et sibi ipsi turbatam et inquietam; nulla enim maior poena est mala conscientia
¶ Vers: 20

Adstipulatur Dionysius Carthusianus in Isaia c. 57 his verbis: "Sicut mare fer-
" vens tempestuosum, inquietum
" turbulentum subversivum
" est navigantium: Ita homi-
" nes pravi et impij semper
" turbulenti sunt corde et
" animo inquieti. Vnde pra-
" clarus Author libri de
imitatione Christi postquam
¶ l. 2. c. 4 dixisset "Si gaudium est in
" mundo hoc utiq; possidet pu-
" ri cordis homo statim sub-
didit: "et si alicubi est tri-
" bulatio et angustia, hoc ma-
" lius novit mala conscientia

Quis non iam modo cum
D. Ambrosio exclamet: "quae
" poena gravior quam interio-
" ris vulnus conscientia? non
" ne hoc magis fugiendum
" quam mors, damnum, exi-
" lium, debilitas, dolor? l.
de offic: "Quid vero dictius,
" quid in corde dulcius, quid

in terra quietius est et secu-
rius bonâ conscientiâ, quae et
„ipsâ morte magis erigetur,
„quam deprimitur. S. Bern.
(de cons.) „O Conscientia
„sancta in terra adhuc es,
„et in coelis habitas. Gaudeo
„anima sancta, sanctâ cons-
„cientiâ decorata. S. Aug.
serm. 10.mo ad FF.

Quid vero in hac ~~terra~~ vita securius quid iocundius possidetur bonâ conscientiâ. Premat corpus tabat mundus, terreat diabolus, illa tamen semper secura erit. S. Bern. l. de cons.

Caput 3.tium
de Conscientia erronea

Hactenus de quidditate ac multiplici divisione conscientiae, iam in particulari de qualibet agendum est. Catechizum „de conscientia recta nil hic specialiter occurrit dicendum; omnes enim facile conveniunt circa eius naturam ac obligationem. Sed de Conscientia erronea maior est difficultas, an ut minus, et quando obliget? pro cuius resolutione, sit

Conclusio 1.ma. Agere contra conscientiam invinci-